Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8225
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Scorpius est de complexione de d. quia fortificat humores et frigiditates in substantiis inferioribus et est stabilis nocturna et feminea cuius planeta est mars et in corpore hominis habet [illegible] genitalia et anum. Item habet arbores longas et equales. Et sua regio est arabia

De Sagitario.

Sagitarius est signum habens de b. complexiones scilicet ignis et est communis diurnus cuius planeta est Jupiter et habet in corpore coxas. Et sua regio est India. Item est ingeniosus et audax

De Capricorno

Capricornus est de complexione de c. et est mobilis nocturnus et femineus cuius planeta est saturnus. Item in corpore hominis habet genuas. Et sua regio est ethiopia

De Aquario

Aquarius est de complexione de a. quia fortificat humores et calores et est signum fixum quia per suam naturam et virtutem corpora inferiora sunt firma et habent appetitum ad motum et est masculinus et diurnus cuius planeta est saturnus. Et in corpore hominis habet tibias usque ad cavillas. Et regio sua est in tota parte egypti et habet de aliis regionibus

De piscibus.

Pisces habent complexiones de d. quia in corporibus inferioribus frigiditates et humiditates fortificant et sunt communes et feminei et nocturni quorum planeta est Jupiter. Et in corpore hominis habent pedes et faciunt homines cavillosos et disbotos. Item plures colores miscent cum quibus corpora inferiora diversimode sunt colorata. Et sua regio est septentrionalis et participant cum Romanis. Dictum est de 12 signis et de eorum complexionibus et naturis secundum influentias quas